Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

te animas eorum: et alat eos in fame. Anima nostra sustinet dominum: quo adiutor et protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrum: et in nomine sancto eius speravimus. Fiat misericordia tua super nos: quemadmodum speravimus in te. Ps.

Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur. Magnificate dominum mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisivi dominum et exaudivit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non confundentur. Iste pauper clamavit et dominus exaudivit eum: et de omnibus tribulationibus eius salvavit eum. Immittit angelus domini in circuitu timen